

271

deferimata in superiori questione. Prima pars auctoritatis expellendi peccati sine emundandi animas a peccatis non potest creature alicui communicari. Ista conclusio patet sic. Quicquid enim communicatum alicui traheret ipsum extra terminos speciei non potest communicari ei. sicut equo non potest communicari quod habeat rationem quantum habet communicatum sit homini. quod autem communicatum alicui traheret ipsum extra terminos creature non potest alicui creature communicari. pars autem auctoritatis est habet. quod non potest esse quod creatura sit principale agens respectu nobilissimi effectus quo ultimo finem coniungit anima rationalis cuius est gratia per quam fit remissio peccatorum. Secunda conclusio. Pars ministerij cooperationis ad emundationem interiorum collata est ministris. non sicut causans sed sicut disponens ad eam. Ipsi enim sacramenta conferunt que ad gratiam disponunt per quam fit remissio peccatorum. In Job. xx. de discipulis. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. nec hoc de quantum ad manifestationem tantum. sicut aliqui volunt dicere. quia sic sacerdos noui testamenti non haberet maiorem potestatem quam sacerdos veteris testamenti. quod oportet intelligere quod aliquo modo cooperentur ad emundationem culpe instrumentaliter et dispositiue. sicut dictum est. Tercia conclusio. Potestatem excellentiorem homini puro conferre potuit. et ita ministris ecclesie. potuit enim tantum e gratie plenitudinem conferre ut eorum meritum cooperetur ad sacramentorum effectus. ut ad inuocationem nominum ipsorum sanctificarentur sacramenta sed tantum non fuit recens ut conferret. ne spes in homine poneret. et ut ecclesie verum caput esse ostenderet a quo omnia membra spiritalium sensum et motum recipent quod est christus. Ad rationes in oppositum. Ad primam respondeat. quod pars spiritualis quam ministris ecclesie conceditur ad aliquid interius se extendit. sicut virtus sacramentalis. sed non ad collationem gratie per quam est remissio peccatorum directe. et principaliter pertingendo sed disponendo. sicut dictum est. Ad secundam respondeat quod purgatio de qua Dionysius loquitur est a tenebris ignorantie. sicut ipsemet dicit. unde magis pertinet ad intellectum quam ad effectum. Ad tertiam respondeat negando assumptum. Et ratio est. quod pars data hominibus expellendi demones est quantum ad effectum nocentem corporalis quem in veritate faciunt. non quantum ad effectum nocentem spirituales quod est peccatum. quod solius dei est peccatum expellere et a seruitute demonis liberare. Job. am. viij. Si filius vos liberauerit veri liberi eritis.

Ad tertiam questionem sic proceditur. Et videtur quod non eque facile sit curare paraliticum et peccata dimittere. Primo sic. Virtute nature per artem medicine potest paraliticus quandoque curari. sed dimittere peccata superexcedit tantum omnem virtutem creatam et humanam et angelicam ut sit solius dei hoc facere. sicut patet. Isa. xliij. Ego sum qui deleo iniquitates et peccata. etc. Secundo sic. Quanto anima est nobilior corpore tanto peccatum dimittere maius est quam corpus sanare. Tercio sic. Maius est iustificare imium quam creare celum et terram. quod magis est dimittere peccata quam sanare paraliticum. cum iustificatio impii sit peccatorum remissio. In oppositum videtur esse per angelum. Respondeo dicendum. quod ista comparatio potest fieri respectu operantis. et sic ambo sunt eque facilia. vel respectu operis. et sic dimittere